

ni objecti longinquitatem unicam causam esse moris. Ita singulari affectibus suum munus distribuit, ut, si illi nobis perniciem afferre possunt, intelligamus tamen non invidiosos esse. Verum quomodo nos istem utimur? nonne naturalibus, sensibilibusque rebus illos applicamus? nonne illos impendimus, ut nostras voluptates, utilitateque diligamus, ut proximum nostrum odio persequamur, ut ob naturalis cuiusdam boni iacturam lugeamus, atque ad excessum usque ab illis rapiamur? Hoc non est affectus subigere, sed potius fovere, ac noxios facere: cum enim Deus necessarium nobis largiatur gratiam, ut immodicum affectuum nostrorum usum castigemus, vel eorum vim inhibeamus; eadem uti tenemur, ne in extremam infirmitatem profluamus. *Idem.*

Affectus tantam habent cum virtutibus affinitatem, ut si parvo labore excolantur, in virtutes possint commutari. Metus prudentie famulatur; sapientes fere sunt timidi, ac verentur, ne quidquam sibi cedat e sententia. Audacia naturalis est fortitudo. Viri non minus nature, quam Moralis opus est; & si corporis temperies nihilum confert, ut quis animo fit fortis, qualibet Philosophorum precepta nunquam vincunt, ut gloriosam mortem inquirat. Ita quaedam habet cum justitia similitudinem, & nisi modum sequitur, accepta iniurias persequens, ideo non sequitur, quod cæca est; & amor sui, quo regitur, efficit, ut cancellos erumpat. Tristitia, & dolor mirum in modum penitentiam suffragantur, suamque committunt lacrymas, ut eadem peccata deleant, & peccatoris conversio nature simul, & gratia opus est. Misericordia semper laudibus est digna, & miseratione alienæ infelicitatis, que cor nostrum afficit, adeo iusta est, ut ne a barbaris quidem damnari possit. Indignatio, quam ob bonorum quidem miseriam, improborum vero felicitatem experimur, naturalis est æquitas, quæ nullum adeo rigidum censorem adhuc est facta, a quo notaretur. Verecundia, quæ ad bonorum, errorumve nostrorum intuitum nos rubore suffundit, tantam habet cum modestia rationem, ut vix se iungenda videantur. Quid ergo facilius esse potest, quam affectus in virtutes convertere, cum inter utroque tantum similitudinis intercedat, ut sæpius alii pro aliis multo desumi consueverint? *P. Senault in Homine criminoso.*

Donec per innocentiam ratio in homine imperitabat, pacati erant affectus, omnesque motus eorum ordinati; ira nihil iniustum patrabat; omnesque sententia cum æquitate erant conjunctæ, & injuriarum magnitudo semper erat norma supplicii. Odium peccata tantummodo persequatur; amor virtuti adhaerebat, singulari affectibus bonum publicum confuso bene, & unanimes consensu faventibus. Ad postquam mortalibus originalis iustitie iacturam subit, affectus ejus rationis imperium detestantur, & amissa eæ reverentia, quam Deo debebat, amittit quoque auctoritatem, quam obtinebat, prohibitorum, ne illi rebelles subditi desicerent. Exinde affectus peccati partibus adhaerent, nec unquam ita spiritui parverunt, ut defensionem minime spectarent. Rationi tunc solum obediunt, cum placencia imperat, atque ut illa his uti possit, vel minis deterrere, vel promissionibus tenetur allicere; illique occasiones potius, quam subsidia ad virtutem exercendam esse videntur. Illis eadem proponenda est, ut subiciantur; eorumque natura quodammodo est immutanda, ut illorum impetus vel coerceratur, vel infringatur. *Idem.*

Primi affectuum nostrorum motus in nostra potestate non sunt, & licet omnes industris nervos intendamus, ut illos ad officium redigamus, semper citra nostrum nutum insurgunt. Subditi sunt, quibus ingenita est deficiendi libido; fera sunt, quæ nunquam mansuescere possunt; infideles milites, qui sæpius pro vitio, quam pro virtute decertant. Sancti fere beatos putant, ubi post eos exantillatos labores aliquem sibi ex domesticis hostibus vincere contigit; eorum vita non est factis diuturna, ut omnes penitus subigant, cumque illos se perdomuisse arbitrantur, intelligunt, ipsis esse accepta etiam clade, atque infirmitate vires accedere. Ad hæc nullus est in homine affectus, qui virtutes aliquas non aggrediat, ac sæpius omnes conjurat, ut illas expugnet. Qui etiam ex illis meliores sunt eo in statu, in quem a peccatis redacti fuerunt, fere semper inordinati sunt;

qui magis innocui putantur, semper vel parum, vel multum sunt criminosi, & qui cum virtutibus confunduntur, aliquam semper habent cum vitis affinitatem. Nisi eos gratia reformaverit, plerique motus illorum violenti sunt, & licet multum sibi promittat morum disciplina, discit experientia, nunquam fidendum esse feris, quæ cicures esse videntur. *Idem.*

Videmus quotidie illos, qui voluptatibus sese mancipant, jugiter torqueri, ac laborare, commodum suum, atque gaudendi occasionem querentes: quid enim intentatum relinquunt, ut voluptatibus perfruantur? Sin autem præterea ambitiosi sint, vel avari, quod in semet certamen non sentiunt in affectuum adeo oppositorum consilio, quorum alter alteri concedat oportet, licet utrifque satisfacere cupiant; quoties in discrimen adducenda erit existimatio? quot erogandi sumptus? quot locupletandi occasiones erunt contemnendæ? Quamdiu ergo celeriter adeo in inanissimum hanc voluptatem feruntur, putatis ne, ipsos nullo dolore torqueri quod honorem, lucrumque desere coguntur, quorum affectu non minus tenentur, quam eo voluptatum desiderio, qui cetera litate subvertunt? Hoc igitur pacto huius vite vite, quod obiter dictam sit, cum minime possint futuram præfolarî vitam, ut sint calamitosi, in presenti infernum inchoant, & ex affectibus, ac vitis suis tot sibi Dæmones, ac furias parant, quibus jugiter torqueantur. *P. Hainreus prima parte de ordine Sermonis 18.*

Quo gaudio, quæ consolatione perfrueris, ubi affectus tuos subigeris, viceris, eisque dominatus fueris? Hi præclarum quidem triumphum tui pompam augebunt. Qui antea prolapsus, & nefarius erat amor, fiet sanctus, atque divinus objecto immutato, & propensio illa, quæ te in res creatas rapit, Creatorem versus te attollet. Quod impetus erat, & furor, zelus erit; nulla unquam zelotypia, nisi pro Domini gloria laborabis; nullus tibi metus incedet, nisi ut illi displiceas; nullus tibi erit dolor, nisi eidem displiceris; nullum desiderium, nisi illius colendi, ac gratia ipsius diligenter tuenda, ut te dignum præbes, qui æternam possideas gloriam, quam ille preparat tuis, qui strenue conflixerint, fœuque affectus debellarint. *Job Tom. 1. suarum adorationum eo sermone, qui est in hoc argumentum.*

Quantumvis incompositi sint affectus, & peccatum illos ad eum statum redegerit, ubi plerumque nocentiores sunt, quam innocentes; nihilominus ratio, opem ferente gratia, illis egregie ut potest, atque audeo dicere, neminem esse adeo contemptibilem, ut in exitum virtutem nequeat converti. Illis admi potest, quidquid ex corrupta natura accepere, eaque reddi tranquillitas, qua in innocentia statu gaudebant. Nulla fere se offert occasio, ubi illis bellum inferri, ac inde referri victoria non possit; & dummodo illos subigere calceas, facili negotio una cum ipsis omnia quoque vitia superabis. Quamobrem citra dubitationem affirmari potest, omnem Christianam morum disciplinam in hoc esse positam, ut affectibus tuis recte uti scias. *P. Senault in Præfatione libri, cui titulus, Passionum usus.*

Affectus omnes, ubi quis esse recte moderetur, virtuti prodesse plurimum possunt, & veteres illi Philosophi, qui tantopere in eosdem investiti sunt, satis prodiderunt, sibi eorum usum, ac meritum nunquam fuisse exploratum; etenim ne unum quidem ex eorum numero invenire licet, qui non secus ac spes si bene regatur, ad præclara, ac difficilia facinora excitare non possit. Audacia, si ratio adit, milites invictos efficit; & affectus, qui præ ceteris insolentiores videntur, rationi possunt intervere. Itaque illos toto vitæ spatio non exercere idem est, ac inertia relinquere instrumenta, quæ nobis ad præclarum aliquid aggrediendum suppeditant. Ipsa quoque virtus affecti iners, si nullus quos superaret, regeretur affectus haberet; cuius qui munera præcipua velit pendere, hæc ad nostrum affectuum regimen pertinere reperiet. Fortitudo metui perdomando vacat, & hæc virtus ab agendo cessaret, nisi homo metueret. Modestia eicit, ut desideria, ac spem nostram metiamur; & si nulla ambitiose cupiditates existerent, nulli in rerum prosperitate modesti invenirentur. Temperantia, & continentia voluptates coercent, & nisi natura omnibus vitæ nostre actionibus aliquid voluptatis immiscuisset, utraque hæc virtus inutilis

lis esset. Clementia iram mulcet; ac nisi Principes hoc affectu ad vindictam deposcendam rapentur, virtus, quæ eandem moderatur, nullam profecto laudem mereretur. *Idem sermone primo.* Veram sanctitatem adipisci non possumus, nisi nobismetipsos vim intulerimus; sanctitas vero non nisi iuxta gradus vis, quam nobismet facimus; adolescit. Ad Deum enim ire opus est per viam illi proferis oppositam, quæ nos inde divellit; at nihil magis nos illinc divellit, quam propensio naturalis cordis depravati. Hæc illa sancta vis est, quæ nos ab iis, quæ displicent Deo, sejungit, ut id amplectamur, quod placet eidem; hæc est felix captivitas, in qua consistit libertas filiorum Dei; hæc recta est via, quæ ducit ad vitam; hæc, ut verbo me expediam, quæ fordes eluit, tum eas, quæ ex se habet, tum quæ ex aliorum consuetudine contrahit. Has affectus undequaque congerunt, non secus ac fluvii colluviem omnem in pelagum ferunt; & necesse est, ut anima nostra non secus ac mare quiddam impurum continent, suo motu projiciat. *Pater Dozene in Morali Jesu Christi sermone in hoc argumentum.*

Ne tantum doleas ob affectuum tuorum importunitatem, quam immo gaude, cum ex istdem exiguo conatu summam valeas utilitatem percipere. S. Paulus, qui & ipse de illis conquerabatur, in istdem nihilominus gloriabatur: *Libenter glorabor in infirmitatibus meis.* 1. ad Corinth. 12. Virtus quæ exercetur in prelio, pulchriorem expetit coronam, quam quæ exercetur in pace; ibi fortis esse potes, quam temeritatis tibi nota inuratur. Memento in affectibus tuis non deesse occasionem merendi, quam Angeli non habuerunt: sed licet utilius esset nulli affectu pertrabari, quandoquidem eisdem obnoxios es, adnitere, ut illos in tuam utilitatem convertas: insurgunt in te, illis adverte; tibi dominari conantur, illis dominare; tibi bellum cient, cave ne ab illis vincaris; hostes quippe sunt, quibus ex pravis habitibus tuis facta est vitium accessio; summa ope aditendum est, ut deleantur; jugiter tibi dolos, ac insidias strunt, cave ne illis recentes vitas adicias. *Idem.*

Afirmare, affectus esse naturalia vitia, a Deo animabus nostris infusa, blasphemia est; nos immo, contra Deum iustum, in vita convertimus qualitates, quæ nobis sunt propria; & quæ nobis indite sunt, ut eas ad virtutis exercitationem traducamus. Exempli gratia natura in nobis ira motus impressit, ut illis contra veros inimicos salutis nostræ uteremur; nos vero istdem abutimur in fratres nostros, pro quibus ac pro nobis idem nos sentire jubemur; illa nobis emulationem infudit, ut alienas virtutes imitemur, nos vero eandem ad illorum imitanda flagitia usurpamus; illa in nobis gloria cupiditatem inseruit, ac celestis gloriæ, non terrenæ &c. *Idem.*

Ezechiel Propheta quadragim intuitus est, quæ mysticis quatuor animantibus vebatur, quorum primum faciem hominis, alterum leonis, tertium aquilæ, quartum bovis referebat. Hæc visio, ex S. Dionysii sententia imago est Filii Dei solium suum in corde Christiano constitutis: at reor significari quoque posse auctoritatem, quam anima in affectus suos debet obtinere; super molles affectus, qui hominis specie exhibentur, ut ille Deum unum amet, eique affectionem omnem deoveat; super feroces affectus, quos leonis aspectus indigitat, ut ira in nos tantum exardeat, & ex iis, quæ paravimus scelera, ultionem deposcat; in generosis affectus, qui aquilæ facie exprimuntur, ut indeferent ea, quæ sunt sublimiora, petantur, atque voluptas omnis in iis, quæ sunt difficiliora, constituantur; in terrenos affectus, qui bovis imagine explicantur, ut appetitum propensum nunquam indulgeatur. *Autor Christianarum actionum Tom. 4.*

Nunquam ad rationis, ac multo minus fidei normam vitam imitentis, donec affectus vestros sequamur. Affectus sensum ductu regitur, sequitur imaginationem, opinione rapitur. Affectus rationem prævertit, omnibus ejus luminibus tenebras offundit, virtuti adversatur, dogmata refellit, eamque in partes suas pellicere novit, ut quemadmodum ipse, & illa quoque suis moribus pareat. Si fides, quæ ratio est supernaturalis atque divina, nobis opem tulerit, ut vitam Christianam, hoc est fideli, & homini iusto dignam vivamus; affectus contra fidem insurgit, atque opinione,

Howdy Bibl. Tom. 1.

imaginatione, ac sensu roboratus fidei veritates imminuit: *Diminute sunt veritates a filijs hominum:* Psalm. 11. Illis eclipsis quaedam inducit, ut ultra non videantur. Denique affectus, si adhaeris illi, efficit, ut fidei facias iacturam: *Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes, erraverunt a fide.* Hoc est S. Pauli Apostoli ad Timoth. 6. oraculum. *Autor Anonymus.*

Brutorum vita tota est secundum appetitum; tota in alicujus boni perquisitione, quod sensus alliciat, & in oppositæ mali fuga consistit. Omnes eorum passionibus illa rapiunt in utramque. Amorem habent, desiderium; metum, gaudium, moerorem, ac cuiusnam rei? non alius nisi boni, vel mali sensibilis; hanc autem vitam animalem dicimus, vitam potius homine indignam dixerim, cui cum sit anima spiritalis, ac rationalis, aliud aliquid bonum non sensibile quaerendum est. Quid autem dicendum de illo, qui eam sectatur? Nonne animale vitam vivit brutorum passionibus secutus? Bruta quoque in affectibus suis finem, & modum aliquem habent; præterquamquod enim paucioribus parent; duobus enim, vel tribus tantum communioribus sunt obnoxia; hi ipsi quantumvis pauci circa pauca objecta versantur, in quibus etiam naturalis quidam instinctus, quibus reguntur, eos moderatur. Ad affectus hominum rationem ducem minime sequuntur, præterquamquod & specie, & numero multiplices sunt, circa infinita propendunt objecta versantur; quæ etiam in singula fere momenta sensibus eorum obijciuntur. *P. Camaret 1. 2. obitaculo 5. de Passionibus.*

Dicere possumus prædominantem affectum esse quoddam originalis peccati genus, cum peccati dominans quidem sit species, sed cætera peccata confirmet. Quorum autem? Quia ubi te regit affectus, atque in tuo corde imperium exercet, in omnia te impellit flagitia, ex quibus aliquid hauriri possit, quod sua faciat satis cupiditatis. Licet certam vitam naturalem quoddam horore abomineris, si prædominantes placuerint affectus; hoc pondus est, quod illic te pertrahit; illecebræ que te fallit; lex, quæ te cogit. *P. Cheminatus Tomo primo, Sermones qui est in hoc argumentum.*

Prædominans affectus fons est peccatorum. Ambitiosi, exempli gratia, fortunas suas provohere student, & si nequeunt nisi per aliorum exitium, quo contendunt, assequi; quot obtractionses, quot fidei calumnias, quot prodiones, quot crimina, quot iniquitatis mysteria, ubi tota hominis exercetur improbitas? Libidinosus, impurus qui violenta libidine torquetur, eique satisfacere cupit, quibus non se obruit sceleribus? inani forma captus, cuius arbitria venerat, nihil nisi sibi putat, dummodo illi placeat. Samson secretum suum prodit; Herodes Joannem Baptistam obruncat; furor, zelotypia, immo dicere sumptus, familiarum distidia, sacrorum contemptus, Dei ipsius oblitio malum hoc necessario subsequuntur. Illos increpa, corripere, infimula; donec illorum cor brutalis mancipatur affectui, omnibus virtutibus patere debet; nequiquam omnes hujus arboris ramos refeceris, donec vigeat stipex, nova inde jugiter flagitia germinabunt. *Idem.*

Hominum, Principum vero præferim, quibus placere interest nostra, affectus explorare, & inquirere admittitur; hæc enim ad eos nobis aditum patere arbitramur, & vix credi potest, quot ineanitur consilia, ubi ejus, cuius gratiam accupamus, prædominans affectus exploratus fuerit, atque compertus. At illi, quorum maxime referet blandiri ei, qui in se dominatur, passioni, apertos habent oculos, & hanc vident ac intenti sunt in ea omnia, unde illius cognitio possit hauriri. Eam omnia produunt, sermones, aspectus, vivendi agenda, cogitandi ratio, omnia in hunc finem collinant: apud talem virum hic unus, sunt, aditus patet; opus est illius voluptatibus indulgere, odia ejus persequi, ambitioni illius vellicari, suffragium redimere, socios libidinum delirare; hæc via facilis aditus ad cor ejus aperiri potest, id si feceris, quocumque liberet ad injustitiam usque, & impotentiam flectetur. Ita prædominans affectus pars est in nobis infirmior, qui ubi fuerit compertus, illac semper oppugnamur. *Idem.*

Alius effectus, unde prædominantis passionis improbitas innotescit; hic est, non solum eam affectuum nostrorum originem, verum etiam fontem errorum, quibus ipsi conscientiam nostram decipimus. Non enim satis est suam explere cu-

P. 3

Ob peccatum affectus a ratione defecerunt, cui ut iterum subiciantur laboribus perquiruntur.

Argumentum ejusdem constituitur.

Quæ sit eorum lesio, qui affectus suos subigunt.

Affectus omnes, si bene instruantur, virtutibus proferunt.

Qui affectus suos sequitur non vivit secundum rationem & minus adhuc secandum fidem.

De affectu dominans affectus multorum scelerum causa.

Prædominans affectus fons est peccatorum.

Prædominans affectus efficit, ut eam tamquam redde facta.

BIBLIOTECA CENTRALIS

met decipiendis sumus industrii! Ubi etiam passioni nostrae fecerimus satis, letamur, & parum abest, quin id nobis laudi, meritoque veritatis. Prælatum nonnumquam, & plures etiam, sed tenuissimas de ingenio pravitque studiis nostris victorias referimus; sed affectus prædominans nunquam impugnat. Homo fortasse frugi es, prudens, ac honestis moribus; at illate non parvis injuriis. Plura bona facis opera festinanter, atque libenter; at nunquam secretas quasdam similitates extinguis, nec abicis quasdam parum Christiano viro dignas cum proximo rationes agendi, quæ indifferentia sine ullo odii sensu vocatur. . . .

Affectuum imperium ac tyranniam.

Affectus sunt tamquam primum mobile plurimarum vitæ hujus actionum. Pauci sunt, qui sub eorum tyrannidis iugo non ingemiscant. Illi mentis humanæ supplicium sunt, & cordis tyranni. . . . Idem amor proprius, qui illos genuit, nutrit quoque. Cum illi prius quam virtus, esse familiares occiperint, rationem ipsam prævertunt, & a voluntate, ubi ipsi fuerit adversata, deficiunt. Cum sensibus conjunctionem ineunt, cumque sint fortiores, animæ dominantur. Quilibet conqueritur de illis, illis vero nemo non parit. Inani voluptatis, & chymicæ felicitatis fulgore omnes decipiunt. Pauci eorum laqueos non vident, nemo tamen sibi cavet; immo qui sibi cavet, cæce in eodem impingit. . . . Senectus corporis quidem, animique, non tamen affectuum vires, & robur enervat. Fallitur, qui hoc temporis intervallo cicures fieri posse arbitrat; immo ferociores sunt, atque imperiosiores. Diuturna possessio recentem illis imperii titulum præbet; & habitus inveteratæ præscriptiois loco præbet; & habitus inveteratæ præscriptiois loco præbet. . . . Quorū curæ, dolores, laboreque tollerent, si nobismet suam, mitemque senectudem comparare studeamus, si ab ineunte ætate in id incumberemus, ut hos irreconciliabiles quietis, salutisque nostræ inimicos subigeremus. Idem Considerationum Tomo secundo.

Affectus non omnium tantummodo ætatum, verum etiam statum, conditionemque omnium sunt. Nullibi locorum sunt advenæ, hostitæque. Salsus etiam, & memora illis in via non sunt; immo vitæ genus eisdem repellit, & dummodo eos patiaris, parvo contenti sunt. Solitudinis recessus eisdem ferociores efficit. Quancumvis parum illis concedas, statim extra quamlibet ludibrium aleam se constituunt. Subdola calliditas asylum iisdem præbet etiam inter ipsius penitentem laborem; denique ubique recessum, persequimur invenientes naturam, temperamentum, immo pietatem ipsam eludunt. Nobis semper id suadet, quod sibi per placet, & nisi jugiter nobis metipsis invigilemus, periculum est, ne in eorum ludibrium traducamur. Omnes unanimes, consensuque consensu in salutem nostram conjurant; nullus non Evangelicæ disciplinæ adversatur, nullus non a postremo nostro sine divellit nos sensibus nostris subsiciens. Idem.

Quo magis affectibus parcimus eo majores vires acquirunt.

Affectus, ubi illi blandiaris, statim imperitat. Inordinatas cupiditates tuas sequeris, inquit Ecclesiasticus; quamprimum tibi dominabuntur. . . . Quandonam canaberis non amplius parere inimico, qui scædus ipsum, vel minimum, victoriam putat? Inimico, qui semper tamquam tyrannus regnat, nisi servire cogatur; qui nunquam dedicationem facit, & qui non subigitur, nisi omnibus neglectis conditionibus, ad extremum usque debellatur. Profecto affectui cupiam parere, idem est ac illi arma suppeditare. Qui illum paulatim vincit posse putat, decipitur. Ex patientia vires, ac robur acquirit. At longe magis decipitur, qui eisdem satisfaciens se fe eodem liberari posse arbitratur. Illi cedis; licentius bacchatur; ejusque imperus eo magis crescit, quo magis ea quæ obicem, frantumque eidem injicere possunt, amoveantur. Eidem parere, ac multo magis parere, tyrannidem illius confirmat potius, quam infringunt. Idem.

Nos desunt affectibus turbidi, ac nihilominus incedi.

Surdo fabula narratur; dominum, cui liberator famularum, & quem amore prosequimur, irritare non prodest. Quilibet de affectuum suorum vi queritur, ac interim secreta cum iisdem consensione conspirat; ac absint de illorum vi, atque tyrannica dominatione queritur; nobis enim debent, quidquid virum obtinent. Nos eos facimus, quales sunt, ea studentes efficere, quæ illi nobis sua-

serint. Immo fateamur opus est; affectus nostri violenti sunt, quia nostra voluntas infirma est. . . . Defectus, errorque nostri inimicorum viribus accipi non sunt referendi: gratia enim JESU CHRISTI, quæ nemini unquam deest, sufficit, ut eisdem vincamus. Nolimet nimis amamus; hæc maiorum omnium origo est. Passiones amorem nostrum illicunt; hic nodus est necessitudinis quam cum illis habemus, & secreti consensu, quem ille cum nobis habent. Ne dicamus amplius, nimis infirmi sumus: proprie loquendo, infirmitas est nostra prava voluntas. Idem.

Sæculi nostri elegantia ab hominum consuetudine procul exterminavit omnes hos furentes affectus, iram, ultionem, atque id genus. Passiones minus turbidæ, ac minus manifeste in mundo elegantiori dominantur, at non adeo minus passiones sunt. Dici imo potest illas minus violentas factas fuisse, ut tutius regnarent, ac facilius nocerent. At heu nimium hoc illis e voto cessit! Plurimæ reperiuntur, qui affectibus non ducantur? Ipsi illi, qui moderatores videntur, non alios duces videntur sequi. Affectus hi faciles sunt, ac facile se se accommodant; exteriorum religionis speciem non auferunt; optimam institutionem, honestigam memoriam eorum omnium, quæ sancte operatus es, mihi que tamquam vivendi documenta, & exempla reliquisti. Abbas Trappensis in Moralibus Considerationibus.

Quamvis divitiarum amor affectuum omnium periculosissimus sit, improbitissimus, atque favissimus, eique mortales primas inter ceteros dederunt propter vim, ac injustitiam, quas passim exercet, & quærum est causa; at tamen nullus affectus suis caret periculis; nullus non obicit gravissimis malis eos, qui se eidem mancipaverint. Omnes igitur oppugnandi sunt, ubi dignoscitur inceperint, atque laborantur; ubi enim convalescent, ac altius in animis radicem fecerint, ingenia ipsa infirmant, atque corrumpunt, ita ut libenter, ac festinanter ea faciamus, quæ aliquo perhorruissimus; eum tollunt obicem, qui ab omni crimine parando non posset deterere, atque in nobis æque Dei, ac hominum timorem jugulant. Nihil est adeo vitium, quod nobis non persuadeant, ut quod petunt, ipsis permitamus; & si humanæ rationes nonnunquam prohibent, ne exterioribus actibus id palam factum, non ideo tamen in animabus nostris omnis illa improbitas deest, quæ potest adesse. Hoc autem dici potest de invidia, amore, gloria, ultione, aliisque malis, quæ ex humano corde, tamquam ex inexhausto fonte dimanant. Idem in Considerationibus moralibus in Evangelium 8. Martini.

De prædominanti passione.

De passionibus quibus generantur.

De prædominante passione.

De prædominanti affectu & vitio, quæ sequuntur.

Affectus feriores sunt, quam Tyranni.

gnam suam perturbare possunt; sopor, ac perniciosiora severitas inter primos recentiorum effectus, qui ab illo gignuntur. Clamet Concionator aliquis zelo succensus, & eloquentia suffultus; invehatur in avaritiam, inertem vitam, cupiditatem; in eadem cum Concionatore sententia versatur, & cum eodem illorum fortem dessemus, qui tot flagitiis se se mancipant. Mirum! eadem vehimur navi, eique plaudimus, perinde ab omni vitiorum suspitione vacui essemus. Pater Croiset Tomo secundo Considerationum Christianarum.

Affectuum meorum, Domine, improbitas mihi satis comperta est, atque explorata; sed dummodo tuam mihi non deneges gratiam, citra quam nihil utile vel cogitare, vel agere licet, illorum motus confringam; cordi meo invigilabo, neque mihi metipsum adhibebo fidem; ac ubicumque in-gruat occasio, quæ illud excitare valeat, omnem animæ meæ virtutem accerfam, nihilque præmittam, quominus prohibeam, ne minimis quidem motus, minimamque cieant tempestatem. Dicam melius; in id toto pectore incumbam, ut contra eisdem omnibus vestigiis utar omnibusque luminibus, quibus a te donatus fui, atque in usum reddidisti memoriam eorum omnium, quæ sancte operatus es, mihi que tamquam vivendi documenta, & exempla reliquisti. Abbas Trappensis in Moralibus Considerationibus.

Quamvis divitiarum amor affectuum omnium periculosissimus sit, improbitissimus, atque favissimus, eique mortales primas inter ceteros dederunt propter vim, ac injustitiam, quas passim exercet, & quærum est causa; at tamen nullus affectus suis caret periculis; nullus non obicit gravissimis malis eos, qui se eidem mancipaverint. Omnes igitur oppugnandi sunt, ubi dignoscitur inceperint, atque laborantur; ubi enim convalescent, ac altius in animis radicem fecerint, ingenia ipsa infirmant, atque corrumpunt, ita ut libenter, ac festinanter ea faciamus, quæ aliquo perhorruissimus; eum tollunt obicem, qui ab omni crimine parando non posset deterere, atque in nobis æque Dei, ac hominum timorem jugulant. Nihil est adeo vitium, quod nobis non persuadeant, ut quod petunt, ipsis permitamus; & si humanæ rationes nonnunquam prohibent, ne exterioribus actibus id palam factum, non ideo tamen in animabus nostris omnis illa improbitas deest, quæ potest adesse. Hoc autem dici potest de invidia, amore, gloria, ultione, aliisque malis, quæ ex humano corde, tamquam ex inexhausto fonte dimanant. Idem in Considerationibus moralibus in Evangelium 8. Martini.

Loquor de prædominante passione, quæ versus particulare aliquod obiectum nos rapit, & quæ, ubi adit occasio, se se statim prodit tunc etiam, cum reliquis in rebus a virtute ne latum quidem unguem aberrare videris. Hæc autem in his superstitiosius est proprie valetudinis amor, in illis commodorum omnium inquietudine perquisitio; in aliis pertinacitas in sententia suscepta cum mira indocilitate conjuncta, quæ alienas cogitationes resistunt, quin ab eo, quod sibi semel proposuerint consilio, unquam dimoveantur. De hac autem assero, quamvis multa bona opera exercuerimus, antea vitæ sedulo penitentiam egerimus, devotissime petatis sensibus imbuti simus; nisi in id præsertim incuberimus, ut peculiarem passionem hanc stritibus eradicemus, hanc fortasse tale in animas nostras imperium adepturam, ut non solum in gravissima quæque nos seclera impelleret, verum etiam in æternum damnationis statum, unde nullo fere modo valeamus emergere, præcipites agat. Ita magni nominis viros, qui virtute ingentem celebritatem sibi comparaverant in Ecclesia, vidimus perniciosis opinionibus tueri, & quod vel propriis, vel amicorum suorum sententiis mordicus nimium hæere voluerint, in hæresim incidisse. Quot autem quotidie conspiciamus, qui eo quod statim prædominantem passionem subvigilare quibusdam in rebus detrectarunt, in gravissimos errores, atque in maxima flagitia labuntur? Pater Surin tom. 3. Spiritualium Dialogorum.

Quin hoc in loco Stoicorum mutuemur sententias; quis nescit, favissimum Tyrannorum mancipia ex meliore sui parte, quæ spiritus est, liberare esse? Nonne voluntas integerrimam libertatem in ipsis etiam compeditibus, & carceris squalore tuetur? Quæ enim captivitas a tyrannis excogitari poterit, quæ mentem, animumque nervo, ac

vinculis coereret? quænam catenæ cogitationes, ipsasque hominis affectiones cogere poterunt? Corpus est, quod domino fortuna tradit; interior illa pars mancipio dari non potest, Seneca inquit. Corpus dumtaxat minor nostrum pars ferro potest adstringi; anima semper libertate perfruitur. Veruntamen hanc eandem animam affectus ipsi captivant, quin eidem liberum usum permittant, vel cogitationum, & sensuum, vel etiam cupiditatis ex ipsa servitute aufugendi, quod tamen captivo cuicumque naturale est. At ne putes animam hanc suis affectibus subditam ideo minus esse infelicem, quod suam amat servitutem; immo e contra, miserior est, quia vult, & non vult; inde enim egredi meruit, & suam nihilominus libertatem exoptat; eo gaudet statu, ac simul dolet; hoc est, variorum affectuum tyrannide torqueatur, ac variis dominis parere cogitur. Qui ex omnibus servis miserimus est, nisi tantum domino morem gerere, ac satisfacere tenetur; quem cum sedula opera, fidelique servitute delinverit, vel libertatem merebitur, vel æquus tractabitur; sed anima suis subiecta passionibus, & quæ eorum captiva facta est, tot ancillarum dominis, qui plerumque sibi mutuo adversantur, & licet nihil præmittat, ut illis velificetur, tamen eisdem satisfacere nequit. Mors demum reliquorum servorum captivitati finem potest imponere, sed anima, quæ nunquam moritur, de corporis ergastulo egressa secum suas feret passiones, totius videlicet æternitatis carnicibus. P. Cameret Tomo 2. ubi de affectibus verba facit.

Ex affectuum imperium captivitate emergere possunt: at per summam ignam inde non egrediuntur.

Huius autem servitutis servitium, durumque imperium, quod in te passiones exercent, o Christiane, cognoscens potes diutius hanc ferre captivitatem? Ex eorum potestate effugere tibi intergrum est, immo illas sperare, ac subigere potes. Quis unquam captivus, qui, cum ex crudelis tyranni compedibus fugam arripere possit, quam civitissime non aufugiat? Immo si posset, nonne in eundem carcere dominum, qui parvit, conicere vellet? Tu potes. Potes utique hoc gravissimum iugum excutere, liberare frui, ac passiones ipsas in servitutem redigere; cur ergo non audes? numquid hanc servit conditionem rationali, ac libero homine indignam libertatis, ac rationis bono præferendam putas? Memento, quides; agnosce dignitatem Filii Dei, ad quam natus, & institutus es; noli ab hac nobilitate degenerare esse, sensus eo, quem obtines, gradu indignissimos fovens. Qui Regem videret ad Imperii habenas regendas natum stipulas, vel aliquam terræ particulam amore suo prosequentem, quid ex ejusdem mente, animoque sentiret? Proh indignum! prob nefas! cur magnitudini, ac dignitati suæ pares sensus non fovet? Idem.

Prohibere solum, vel remorari motum appetitus, hoc non æque passiones læcessit, ac illas oppugnare, eisque bellum inferre actibus, qui sint iisdem prorsus oppositi; uti inimici idus detorque, eique oppugnanti resistere, non tam est cum illo decertare, quam se ipsum tueri. Hoc ipsum de passionibus nostris dicendum est; ut illas subigamus, & cum utilitate mortificemus, non solum eisdem resistere opus est, hoc enim dumtaxat est, idus declinare, ac vim propellere; verum necesse insuper est, lethalia vulnera insillere, contrarios actus efficiendo. Adversus iram lenitatis, contra odium proximi charitatis actus eliciendi sunt; contra rerum veteriarum desideria, fuga est exercenda, & sic de reliquis; hæc enim potissima ratio est de affectibus nostris victoriam referendi cumulatifsimam, dummodo in hac exercitatione persistas. Idem.

Sublimis mortificationis gradus est, ad quam non nisi post diuturnam, & gravissimam præliam perveniri potest, nullis passionum motibus agitari, qui antea ingentes cetero procellas consueverant, vel cum passiones ipsæ ita mortificatæ sunt, ut nullum in nos impetum facere possint, & qui eisdem antea erat obnoxius, post diuturnum bellum nulla amplius eorum agitatione torqueatur. Inimicus, exempli gratia, occurret, quod ad ejusdem intuitum nullis in nobis iracundiæ sensus excurret; nobis contumelia inferetur, quam sine ulla ultionis cupiditate, immo cum voluptate patiamur. In hoc positus est summus christianæ mortificationis gradus, & ea perfectio, ad quam velis, remisque contendendum est. Idem.

O Liberato Israel, qui brachii tui virtutem ex-

exercitii, ut populum tuum de captivitate Pharaonis educeres: veni, contere passionis hujus, que in me dominatur, catenas, infringere vincula habitus noxi, qui me in servitutem afferuit. Dissipa funestam illecebaram, qua res creatæ sensus meos fascinarunt, & fac, ut ob oculos meos affulgeant illecebraz æternæ illius speciei, qua una vere amorem nostrum meretur. Offende mihi, Domine, miserum cordis ejus statum, qui sub gravissimo captivitatis jugo ingemiscit; mala, que in anima parit ignis ille, qui, ut Spiritus Sanctus ait, pietatem radicibus usque consumit; aperi mihi tristem, calamitosumque finem, quo insane redigunt affectiones, & funestos scopulos, in quos tot animæ impingunt; diffensiones in conjugis, discordias in familiis, insignia scandala in mundo, æternam penitentiam, generalem totius ordinis vitæ perturbationem; intermissionem bonorum operum, integram fidei extinctionem; bonorum, existimationis, ac valetudinis iacturam; omnium animæ facultatum corruptionem, & vulnus in omnem conscientiam late expansum, quod plerumque curari non potest. *Abbas de Janu sermone de Sancto Sacramento.*

S U P P L E M E N T U M.

Affectuum Tyrannus.

Quis unquam recensere posset omnes illusiones, quas affectus nostri in nobis gignunt, insidias omnes, quas nobis strunt, abyssi, in quas nos concipiunt? Norunt sese sanctissimi etiam rebus immiscere, & ardentissimo etiam zelo teum virus alinere. Nonnumquam Cæli causam suscipimus, & hæc brevi fit nostra per animi cupiditates, que se se illi committunt. Torus calor, quem nobis ab illis immittere credimus, calor iste quem nobis merito vertere audeamus coram Deo, nostris tantum affectibus acceptus est referendus; & hoc meritum, quo tantopere intumescimus, fortasse culpa non vacat. Error eo gravior, quo magis ab omni abhorret suspicione. Ut Religionem rœuamur, nos nequaquam ad illius leges sequendas teneri arbitramur. Nobismet persuademus injurias, quibus afficimur, ad illam pertinere; ac ipsi intrinsecus gloriamur ob ardorem, quo vel ultionem, vel nobilitatis nostræ incrementum prosequimur. Tot variis circumsepti periculis numquid igitur illis succumbamus necesse est? Si hoc fugimus, numquid in aliud debemus incidere? Numquid inevitabilis est interitus noster? Adest unica, sed difficilis ratio, qua tot evitare possimus pericula. Cum aliquam agendi rationem agredimur, domesticos, quibus obidemur, inimicos observemus: diligenter inspicimus utrum hoc sit alicui nostrarum cupiditatum satisfacere. Severe ac districte cor nostrum interrogamus; si aliquo interiori motu pro ea, quam suscipimus, causa, laborat, electio hæc nobis suspicione non careat, nostraque præcautiones gementur. *Primus Sermo Academiae anni 1695.*

Si Voluptas corpus nostrum captivat, in quam non labitur delectionem? Quænam futura est privatio pretiosissimorum bonorum, quibus benigna cumulati sumus natura! Valeudo eversa, existimatio iacturam passa, vividiora mentis lumina caligantia, sensum nobilitatis evanescentes, omnes animæ nostræ motus similes facti fluctibus maris procella agitati, funesti erunt effectus affectus hujus crudelis, ac imperiosi. Si nobis divitiarum dominatur amor, que feries turbaturam, ægritudinum, curarum! Quibus sollicitudinibus, laboribus, cruciatibus nobis staturus est vel inevitabilis furor agendi congestos thesauros, vel timor æternus eodem amittendi? Si dignitates, & honores querantur, si cor adhaerescit cupiditati sibi comparandi hoc fugitivus mundanæ magnificentie ornatus, poterit ne melius sua vota explere? Umquam ne voti sui compos est ambitio? Umquam ne dicit, jam satis est? Nonne contra videtur, quidquid recens acquiri, nonne esse titulum majorem fovendi spem, novaque fortunæ consilia animo concipiendi? Qualiter igitur affectus erit homo in his crudelibus dubitationibus, semper cordis suspirantem coactus felicitatem appetere, & semper illam sibi reperiendo minime par? Extrinsecus quidem omnium creaturarum rerum oppositione turbatur, intus vero sexcentorum affectuum tyrannide oppressus, quos neque subigere potest, neque ex-

Affectus nostri sunt causæ tot liquorum qui omnia opera nostra corrumpunt.

Quibus turbis, & periculis sese obiciant vo lupptas, avari, ambitiosi.

plere, semper inanibus desideriis conficietur? Adhuc ille obstinato queret animo in mundo, qui illi jam exhaustus est, votique ipsius inexorabilis, unde inexplabilibus cupiditatibus suis soporem injiciat? An desperationi se tradet? *Sermo alter Academiae anni 1707.*

Homo se se sensibilibus objectis mancipans aliud ne querit, quam esse beatum? At num beatus esse potest se ipsum tradens insipientibus desideriis, que ipsum lancinant, crudelibus affectionibus, que illum excruciant, & tyrannicis habitibus, quibus captivatur, & trahitur? Hic hyperbolicis opus non est amplificatio; hoc quotidiana ipsi docemur experientia. Ex quo cor suis se mancipat desideriis, licet multa plura possideret quam natura postulat, & meritum exigit, non inde leviori torquetur cupiditate; expectatio rerum earum, que cupiuntur, delet sensum earum que possidentur. Verum quibus laboribus, & curis opus est, ut ad hæc possessionem perveniat? Interrogemus aliquem ex his mortalibus, qui affectibus suis inservit; audiamus, & edoceamur. Quid non dicit de sollicitudinibus, quas immoderata sua parit desideria, de laboribus, qui præparant illa, de terroribus, qui illa consecantur, de inopinatis casibus, qui illa perturbant, de doloribus, qui illa consequuntur; de servitute, ad quam homo se redigere debet; de repulsis, que perferenda sunt; de abiectis officiis, ad que debet semet dejicere; de crudeli hac necessitate in qua veritatem vividissimos animi sui motus jugulandi, pulcherrimum vitæ suæ tempus sacrificandi, honorem suum prostituendi, & prope diu conscientiam suam? *Ex tertio Sermone Academiae anni 1707.*

Ex quo rebellis homo desecit a Deo suo, & peccatum recessit ab ordine in quo creatus fuerat, terribili, sed iusto supplicio crudele bellum in corde ejus exaruit. In hoc misero tumultu, quantumvis velle queat, semper sibi meti oppotuit, semper insocialibus animi sui affectionibus hac illac distractus non potest unquam uni tantum auscultare, quin reliquis omnibus adverteret. Hinc fit, ut non solum affectus vel cum ratione, vel cum Religione conciliari possint, verum etiam ut ipsi etiam affectus inter se nequeant consentire, avaritia cum luxu, ambitio cum mollitie, gloria cum voluptate. Vita traducitur vel cum aliis deliberando, quodnam negotium præferendum est, vel se ipsum consulendo quænam affectus ceteris valeat prævalere. Sed post omnia consilia, & disquisitiones, id quod obtineri potest, non est utique omnibus simul desideria satisfacere, sed posthabitis iis, que magis perfunctoria, ac infirmiora sunt, illa, que graviora, & diutiora sunt, præferuntur. *Ex sermone tertio Academiae anni 1707.*

Si quod in vita tempus est, quo imperiosius nobis dominantur affectus, hoc sane est adolescentia. Hac ætate magis cæci sumus, audaces, violenti, faciles ut falli sinamus, ac trahi in ea scelerata, que proprie loquendo sunt hujus temporis pars. Prava studia nostra tunc vim habent majorem, quia vel insigni ignorantia, vel magno veritatis contemptu sustentuntur, adjuvante igne adolescentiæ, qui illa ad excessum provehit. In adolescentibus plerumque videtur, vel nimia lætitia, vel violentus dolor, vel furens iracundia. Deprehenditur in illis summa levitas, magna mentis, & cordis dissipatio, temeritas, ac impetus. In hac ætate minimum fidei est, nulla Evangelicis institutis attentio; timor nullus in iudiciis Dei. Omnino abhorremus ab iis omnibus, que nobis bonos sensus possunt immittere. Quæ tunc fit omnium affectionum exundantia, quem infernum adferat animabus nostris, & quam potestatem habeant in nos, difficile est intelledu. Earum tyrannus est adeo imperiosa, ac diuturna, ut quodcumque vallum furenti huic torrenti obijciatur, vulgo nobis dominantur, nosque deducant fere ad ætatem, que sepulcro est proxima. *P. la Peste, Tom. 4.*

Nulla ætas immunis est affectibus. Puer est? affectus ut plurimum sola sunt machinamenta, quibus tota moles movetur. Es adolescentis? hæc ætas est, qua majorem vim habent & majora afferunt mala. Ætas maturior illos efficit audaciores; animadversio quidem impetum, ignemque illorum moderatur, eorum tamen virus minime purgat. Senectus animi corporisque vires infirmat, non autem cupiditatum. Fallimur, si illas temporis intervallo cicures fieri posse arbitramur; semper imperio-

Quot va- rii motus agunt cor homi- nis mundo inferna- litate.

Homo post peccatum non potest amplius sui aliqua re- que.

Nisi ab a- dolescentia obstitit affectibus, hi qui que ad mortem dominantur.

Animus est cupiditate sunt omnium ætas tum.

periosiores sunt, ac diutina possessio recens est titulus imperii; vetusque habitus legitima præscriptionis loco est. *P. Croiset in Affectibus exercitiis pro iugulati anni diebus.*

Dæmoni gratius spectaculum præbere non possimus, quam propriis inconditis desideriis satisfacendo. Salutis nostræ inimicus interitum nostrum respicit tamquam certissimum, cum quin frænum injiciamus cupiditatibus nostris, & maturato earum impetum corceamus, illas ipsi fovemus, easque novas vires acquirere sinimus. Et sane tunc non cunctantur nos in præceptis dare; sola tanti hujus morbi medicina, est palam bellum indicare proprie voluntati nostræ, eique semper adverteri, non solum in rerum veteratum usu, sed in usu earum, que alioquin nulli essent in discrimine habende. Velle ubi in iis subsistere, que sunt essentialia, & credere sibi sui esse negligendi ea, que arte necessitatis non esse videntur, temeritas est, & præsumptio. Numquid penes te ferit erit arbitrium ad statum usque dumtaxat locum perveniendi? Si quando in hujusmodi occasionibus adeo delicatis invenimur, tentatio adeo valida est, ut nisi frequentibus victoriis adepti fuerimus absolutum imperium in nostris affectus, vix, & ne vix quidem fieri possit, ut non corruamus. Quot mortales decepti sunt, qui æque, ac vos, in tuto esse credebant! Cæterum difficultum est statuere hos limites quos non licet prætergredi. Homo cujus interest seipsum excæcare, facile semet fallere potest ea in re, de qua vix convenit inter eos, qui prudentissimi sunt, simulque integerrimi. *P. Segneri in suis Meditationibus.*

Quantumvis diuturnum, ac difficile sit bellum, quo nobis cupiditatibus nostris est inferendum, animum tamen deponere non debemus. Quodcumque prælium, quod nobismet indicimus, faciliorem exitum victoriam, vires nostras auget, vires autem inimici nostri imminuit. Equus quantumvis igneus sit, fræni impatiens est, nisi quod illum maturato injectis habenis subigere neglexerunt. Animum nostrum indefinenter subditum teneamus, frænum cupiditatis nostræ injiciamus, nec illi unquam laxemus habenas, statim inordinata hæc desideria, que nostra facilitas aiat, & que in nos exercent tyrannidem, que se intra justos limites continebunt. Affluet nobismet ea negare, que vel magis innocua, nocua etiam concupiscere cessabimus. Ita cordis pacem inveniamus, & salutis nostræ inimico injustam auferemus iracundiam videndi interitum nostrum. *Idem.*

Heus tu! Sapientis Regina Saba Salomonem admiraris in Solo, in aula adeo magnifica, inter tot viros, qui eadem obsequi laudi sibi vertunt: Veni, & vide illum ad idola pedes manu accerram habentem inter mulieres, que dominantur ipsi. Hoc mundi Oyaculum, & Regum exemplar cupiditas in turpe mancipium convertit. Nullus est tam sublimis honoris, sapientie, & pietatis gradus, ex quo illa peccatorem non deiciat, ut illum in opprobrium, & ignominiam traducat; huc quotidie proceditur per affectuum obstinationem, eo usque ut homo per assentationem se se pedibus contemptu dignissimis subjiciat, quod accidit ambitio; eoque ut a servis suis pendeat, quod accidit voluptuoso; eo usque ut se ipsum non cognoscat, quod accidit furenti; eo usque ut sibi ea, que sunt maxime necessaria detrectet, quod accidit avaro; eo usque ut rebus omnibus egeat, quod accidit prodigo. *P. Ruæus in Quadragesima.*

Feræ, que bene cicurata fuerunt, majorem vim habent, & robur; sine ullo labore dissepunt inimicos, qui illis oppuntur, præcipue si infirmi sunt, & parum experti; sed ubi fame domitæ sunt, cum macie connectæ languent, furor earum laxatur, vires imminuuntur, & a minus bellicosus superatur. Ita facilius rationis jugo subiciuntur affectus, quorum subigendorum cura suscipiuntur; sed si illos palpanus, eisque blandimur, nobis crudele bellum inferunt, neque vel inducias, vel requiem permittunt. *S. Chrysofomus in Opusculis suis.*

Quidquid mali ab hominibus accidit, plerumque effectus est humanarum cupiditatum. Sollicitudinum multitudine, desideriorum inexplabilis aviditas, iugis turba ægritudinum, tumultus in familiis, bellum in imperiis, injustitie, violentie, cædes, atrocitatis, enormia scelerata, hæreses, schismata, secessiones, scandala, & quidquid terram

Fidelis oblitere debet propriæ voluntati in ipse etiam desideris, que culpa escant.

Bellum, quod Christus inter cupiditates, illi facile eradicat, & ipse illi pacem præcicitur.

Deplorabilis sitis hominis qui suis parat affectibus.

Affectibus suis facere idem est ac illos violentiores efficeret.

Functionis affectuum.

luctu, atque amaritudine replet, hi sunt humanarum fructus cupiditatum. Infernus, ut ita dicam, earum opus est; ille etiam que præ ceteris magis innocuæ videntur, non caret penitentia. Bone Deus! Homo, qui utitur fide, ac ratione, potestne dare inducias, vel requiem inimici, a quibus omnia sibi timenda sunt, quibus omnes debet molestias suas, & qui illum trahunt in extremorum malorum abyssum? Que prosperitas inter tot procellas? Affectiones omnes norunt artem miscendi tranquillioribus gaudiis tristissimam amaritudinem. *P. Croiset in Spiritualibus Exercitiis.*

Misera cupiditatum vestrarum, & mundi mancipia! Ethnicorum cæcitatem irridetis, sed vestram quoque simul condemnat. Quibus curis, dubitationibus, miseris variis vos affectiones vestre subjiciunt? Omnibus satisfacere, hoc vobis non licet; aliquibus tantum obsequi, hoc est novum vobismet negotium facessere. Divitiarum amor sacrificandus est amori voluptatum; voluptatum amor amori ambitionis, ille ambitionis illi vestre tranquillitatis. Quot domini, quot tyranni! Servus ut plurimum illi servit, cupus vel navitas, vel fortuna illum servum fecit; tu vero tot dominos habes, quot affectibus servus. Quocumque enim te convertas, semper tecum deorsu, quin fugere possis, pravum cor tuum, adeoque tantum carnificem, S. Chrysofomus ait. Quid dicam de his ægritudinibus, & contradictionibus, quas evitare non vales? Solus es? Tædet te solitudinis tue. Es ne cum aliis? Vides objecta quædam, que displicent tibi, vel quibus quædam verba, que tibi non arident. Non desunt tempora quibus domesticas curas exiguis quibusdam solatiis mulcere queris; sed ingenium triste, quod quocumque te sequitur, efficit, ut ad ea animum advertas, que te afficiunt moreore. Hac præclara est merces vestra, cæca, & misera cupiditatum vestrarum mancipia. *Dictionarium Morale.*

Parum interest affectuum vim, & nequitiam cognoscere, si ad eos vincendos animus desit: nullus ex illis est qui nos in salutis discrimen minimum adducat, nullus qui animi morbus non sit. Sed quid prodesset mali naturam detegere, si mendaci eidem ars ignoratur. Prima ratio hostem adeo terribilem subigendi est nunquam cum illo vel pacem habere, vel inducias. Jam victus est, qui parci illi: a certaminis pertinacia tota fere pendet victoria. Alicui indulges affectui? jam imperiosior fit, & audacior. Illi satis, acis? jam illius evadit mancipium, jam tibi compedes injicit. Ad examen revoca quænam tibi dominantur affectus, & in consilium nihil impoterum istdem permitte. *P. Croiset in Exercitiis Spiritualibus.*

Non desunt affectus, quibuscumque ætatem bellum gerendum est; & alii, cum quibus æquatis frontibus dimicandum est. Quod autem ad quædam pertinet cupiditates, in tutum nosmet recipere non possumus, nisi obiecti fuga; & scias oportet, quod ex dimidio tantum illis inferre bellum, est illas irritare, non atterere. Iracundus es? ipsam etiam indignationem jugula. & coerce, & licet tibi non deest causa irascendi contra puerum, servum, subditum, nil age. Numquid tibi dominatur avaritia? Liberali, lubentique animo tribue. Præsertim vero eleemosynas eroga, quæcumque tibi eas denegandi causa desit. Numquid impudicus te urget amor? Ipsam vitam umbram obiecti excitantis illum evita. Fuge levissimas etiam occasiones; jugiter ora, temet mortifica, Sanctissimam Virginem tenero affectu, & pietate prosequere. *Idem.*

Seria cogitatio tristissimum effectuum, quos parunt cupiditates, egrégium est earumdem cupiditatum remedium. Populus quibusdam mos erit filius suis hominem iratum, furentemque ob oculos ponere, id autem ut in illos brutalis illius affectus horrorem immitteret. Si avarus, si superbus suas inventuri possent imagines sibi veluti in speculo quodam exhibitas; ille quidem fordiam tenacitatem, & egestatem voluntariam, ut majora bona relinquat ingratis, qui sumptibus ejusdem hilarem, liberalitatem vitam dicitur sunt; hic autem ridiculas nobilitatis, & immodicæ existimationis sui ipsius imagines cum meritis adeo exiguis: hic unus intuitus antidoti loco illis esse posset. Ceteri affectus nequaquam meliorem sui adstrunt conceptum inventibus illos tales, quales sunt. Hæc est amoris proprii ars, non nisi in accipiti luce nostras no-

Affectuum tyrannus.

Tract. de divite, & Lazaro.

Affectus omnes impugnant sunt.

Variis eodem oppugnandi modi.

Indulgentia nostra erga nosmet ipsos cupiditatum nostrarum adspedum auferit, ille eadem in aliis horrentes nobis videantur.

BIBLIOTECA CENTRALIS U. A. N. L.

bis proponere cupiditates. He nobis non nisi in aliis turpes, periculose, pernicioseque videntur: eas vero in nobis semper castigatores esse volumus, atque minus fedas, minusque maleficas esse contendimus. Ad examen revocemus falsa præjudicia nostra; de illis nobiscum taciti cogitemus, quemadmodum cogitant alii; affectus nostros non nisi in eorum effectibus consideremus; hi verè vult eorum imagines, semper displicent nobis, cum ipsius persona auferatur, & sine ullo fuco videntur. Numquid timendum est, ut cum illis clandestina ineamus commècia? Hoc certum est illos nostris sumptibus ali. Indulgentia, qua illos excusamus, satis ostendit a nobis nunquam tamquam hostes haberi. Ipsi magis parcimus affectibus nostris, quam nobis illi. Cum illos evincere ex animo volumus, nunquam deerunt arma, & subsidia, ut ad optatum finem perveniamus. *P. Croiset in Exercitiis Asceticis.*

Ulline duces affectibus vestris deteriores extiterit? Nullus ex illis est, qui non sit cæcus, imperiosus, inexplebilis; nullus qui par non sit vitandis melioribus animi, & cordis qualitatibus. Vir aliquis, licet pulcherrimum fortis sit ingenium, licet ad virtutem omnino factus videatur, licet mortallium omnium venustissimus, alicui se tradat affectui, se ille mancipet, omnes egregie illius animi dotes extinguunt, & optime ad virtutem dispositiones aculeant, & corrumpunt. Præstigiū hunc non quicumque semper vigeat? Fides, & ratio nunquid obdormescunt? Nam latet, cupiditatis omnia corrumpit, & omnia flagitia, molestias etiam, sollicitudines, ægritudineque nostras non alio ferme ex fonte manare? Fons hic veneno illitus est; nunquid ambigi licet, utrum quidquid illud fuit, vitiosum sit? Sed malorum cumulus est, neminem esse, qui, quantumvis sit suæ cupiditatis mancipium, velit tamen sibi persuadere, quidquid ab ipso fit, per hanc fieri cupiditatem, *Idem ibidem.*

Affectus ita excitant homines, ut veritatem cognoscere nequeant.

Omnibus affectibus id commune est, ut vix nati cæcitatem afferant. Illi jam mentem, & cor nostrum occupant; jam causa erunt præcipua omnium actionum nostrarum; anima nostra erunt erant mancipia, & nos ab eorum tyrannide immunes jam esse existimabimus. Hinc oritur difficultas ferme invidiæ ab errore avocandi eum, qui ad suorum desideriorum arbitrium circumferitur. Si cæcitas non esset effectus maxime naturalis cupiditatum, fieri ne posset, ut invenirentur mortales adeo parum sui compotes, qui aures averterent, ne intelligerent veritatem? Mortales, quibus cum vel sola recti sensus esset umbra, ad fabulas converterentur? Hoc tamen faciunt omnes fere, qui cupiditatis suis se trahi sinunt. Omnes temporum omnium hæretici innumerabilia nobis hujus rei exempla suppeditant. Nullus est, qui non fuerit dominandi aliqua cupiditate correptus antequam in errorem laberetur. At nunquamne inter filios rebelles contra Ecclesiam matrem suam inventi sunt sensati viri, qui stultitiam hanc de tegere poterint? Utique inter hæreticos magna non deherunt ingenia; sed cupiditas excæcabat illa, nec permittebat illis, ut iustum facerent iudicium eorum rerum, de quibus questio habebatur. Ariani, Manichæi, Nestoriani, Eutichiani, Pelagiani, Lutherani, Calvinistæ, omnes denique hæretici, ac Sæctarii oculos clausurunt, ne viderent veritatem, averterunt aures, ne illam audirent, & se fe ad fabulas converterunt; has in veritatis locum adoptarunt, ac lumini tenebras subrogarunt. Nulla hæresis est, quæ sexcentas non amplexatur insanias, quæ omnes homines recto sensu fruentes, quibus cupiditas sua non dominatur, avertunt. Quoties vixus fuit homo idem amplecti errores, quos impugnaverat? Quoties summi viri postquam adepti sunt fere immortales glorie coronas, quod vel Religionem nutati sunt, vel magna subegerunt imperia, & mox passi sunt se violento aliquo affectu trahi, tandem facti sunt Deo, & hominibus invidi, eorumque memoria mortalibus omnibus abominabilis? Affectus prædominans quam metuendum est! Quodnam bellum ipsi inferre debemus, & omnibus generant, & peculiariter singulis? *Pater Croiset in Asceticis Exercitiis.*

Augur de certandum est contra nostros affectus.

Arbitramur nonnumquam nos esse nostrum temporum dominos; scimus enim extrinsecus præ nobis ferre aliquam moderationem; quia recedimus ab occasionebus, quæ nostras cupiditates per-

turbarent; quia status noster nosmet inter ea continet objecta, quibus vulgo nil criminofum invenit, & quibus sine ulla religione adharemus. Gravissimus error est credere, posse aliquem sui ipsius dominum esse, nisi diu ceteraverit, ac plurimas retulerit victorias. Imperium in nostros affectus non est solum mensium quorundam, vel annorum opus, sed opus est vite totius. Donec vita vivimus, homo in nobis semper insurgit adversus hominem, ratio contra rationem, caro adversus spiritum concupiscit. Utamur igitur erga carnalem hominem ea arte, qua contra servum pertinaciter rebellem uteremur. Incessanter vigilemus, ut subigamus illum; illum quacumque arte ad officium revocare conemur; & nihilominus nunquam illum ita subiciemus, ut subinde nobis bellum non inferat. Duorum hominum, duarumque legum oppositio in nobis ad mortem usque vigeat. Sed ubi plures de homine peccati victorias retulerimus, illi dominabimur eo modo, quo in hac vita licet; hoc est illum magis, magisque in dies infirmabimus, nec magno labore opus erit, ut illum in officio contineamus. Hic sensus est illorum Spiritus Sancti verborum, *Sub te erit appetitus tuus, & dominaberis illius. P. Segneri in Meditationibus.*

Heu! S. Gregorius ait, omnia in nobis, & extra nos moriuntur, nostris tantum cupiditatibus exceptis. Pulchritudo faccescit, intereunt amici, existimatio perit; anni, divitiæ absumuntur; corporis valetudo atteritur, corpus senescit; domus hæc lucea, ac terrena, in qua Deus animam nostram tamquam in conductu collocavit, undequaque fatiscit, & nos de migrando non cogitamus. Cupiditas eo ardentior facta est, quo magis reliqua omnia moriuntur; fugientem sequimur mundum, & inhiamus labenti, ac nos lapsu suo in terram pertrahenti. *Albas d. Jarry.*

Egregie S. Gregorius Nyssenus animam vertit, cum natura homines simul & bellas sub eodem genere conjunxerit, atque in sensitivi appetitus communione consociaverit, ideoque in motum, atque ægritudinam, quas ipsi affectus, & cupiditates vocamus, partem vocaverit, motus hos in hominibus, quam in brutis esse vehementiores, in bestis quippe solo sensitivo appetitu excitantur, qui cum in perquisitionibus suis fines suos habeat, bruta quoque in motibus suis finem habent, neque longius se extendunt quam ad objecta determinata, in qua ipse appetitus sensitivus fertur. In homine vero excitantur affectus non in interiori tantum appetitu, qui illis cum brutis communis est; ipsa etiam ratione cident, qua illos ad suum solum attollit, & ita spirituales efficit, ideoque nocentiores. Cum autem hæc illi sit prærogativa, ut aliquid habeat infiniti; affectus quoque in boni hujus partem accedunt, & feruntur non solum in objecta, quæ appetitum animale irritant, sed ulterius procedunt, & sine termino in infinitum corrumpuntur per unionem hanc, quam habent cum Spiritu, qui eo quod profusus aliam habet in sua universalitate extensionem, quam appetitus sensitivus in adhesionem ad particularia, & sensibilia objecta, recentes detegit vias, sexcentaque reperit inventiones, quibus efficiat, ut omnia accidant e voto, atque sua cupiditati satisfaciat; voluntas vero cum spiritu conjunctione facta sexcenta inflammat desideria ad finem eundem, qualia sunt ultiones, inimicitia &c. *Pater Antonius a S. Martino a Porta.*

Animi nostri cupiditates nos adigunt ad ea faciendā, quæ sunt etiam extra ipsorum objectum. Hoc intuemur in exemplo Balihassar, qui cum non satis esset cum voluptate bibere, & inebriari, iussit præterea facta Templi vasa afferri, cum quibus non sine sacrilegio ipsa, & pellices eius potantur. Ecce quod procedunt affectus; voluptatem enim perquirere, hoc sensitivus agit appetitus; & post hæc facere non ea solum, quæ rationi advertantur, quales sunt crapula excessus, verum etiam ea, quæ neque ipsis conveniunt affectibus, *factiones ea quæ non conveniunt, hoc sane monstris loco habendum est.* Etenim quod homo in blasphemias erumpat, hoc inde oritur, quod iratus est, & iracundia hæc ab ipsis oritur impatientia; quod facile intelligitur. Ecce perturbatum affectum; quod autem in voluptate, quæ ex lætitia procedit, immisceantur impietas, atque blasphemia, quæ nihil adiciunt voluptati: hoc sane non adeo facile est intellectu. Hoc igitur vitium est non carnis qui-

Omnia in nobis moriuntur præter affectus.

Ratio, quæ debet regere hominum cupiditates, contra illas magis infirmat.

Homo voluptatibus ita suis se mancipat affectibus, ut eos ultra ipsorum objectum ferat.

quidem, quæ suam oblationem tantum, & voluptatem inquiri; sed spiritus, qui invenit, & addit hoc crimen voluptati. Quid ergo impietas, quæ nihil voluptati consent, partem intemperantiam constituat? Quia voluptatis usus perversus fuit, quæ non solum non regit affectus, verum etiam illis ultra ipsorum objectum corrumpit. Hinc oritur, ut cum duo homines eundem virtutis actum in eadem specie exercent, ille, cui plus est ingenii, efficiat majorem cum virtute, non secus ac ex duobus hominibus, qui ad eandem criminofam actionem feruntur, & in eadem specie: ille cui major inerat ingenii vis, manus crimen admittit, & magis veteratorie operabitur. Exempli gratia, ex duobus proditoribus ille, cui plus erit spiritus, nequiores proditionem reperiet, magisque detestandam perfidiam. Adeo verum est tantum abesse, quod spiritus affectus in officia contineat, ut acutior, atque ingeniosior fiat ad eos perturbandos. *Idem.*

Sanditas acquiri nequit nisi animi sui affectus subigendo.

En quid a vobis expectat Deus, ut vos coronet; ut videlicet inordinatos affectus vestros oppugnetis: *Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit.* Certamen hoc efficit, ut tandem sanctitatem consequamini; sanctitas enim neque in vocalium orationum multitudinem sita est, neque in elemosynis, & jejuniis, neque in macerationibus, aliique id genus pietatis operibus, sed unice consistit in perfecta summe ipsius victoria. Hæc autem pietatis opera non aliud sunt, quam ad victoriam hæc inspicendam adminicula, vel ad summum non aliud sunt, quam fructus. Quid igitur prodesse mihi omne illud bonum, quod extrinsecus facio, si interim alerem affectus æque vividos, si me aliis præferrem, si superioribus meis non obtemperarem nisi ægerime, & gravate, si vanitatem sequerem, si in sanctissimis actionibus unum me quererem, videlicet voluntatem meam, vel hominum æstimationem? Hæc nunquam fuit sanctitas illa, quam a nobis *Jesus Christus* requirit. Heu! quot mortales falluntur in conceptu, quem animo fovent veræ virtutis. *Pater Segneri in suis Meditationibus.*

Ob Sanditatem querendam necessitas nobis gerendum est bellum cum affectibus nostris.

Ut coroneris, non sufficit certare, veram etiam certandum est, ut oportet: *Legitime* hoc est secundum S. Augustini explicationem, infatigabiliter, indefinenter, sine intermissione; verbo, toto vitæ curriculo. Sunt qui certant, & nihilominus non coronantur; quia in fine prælii fatigantur. Oportet autem nunquam abicere arma. Si quando vincimus, non ideo animam depondeamus; e contra novo cum ardore revertamur in prælium. Non exigit Salvalor, ut taliter de affectibus nostris triumphemus, ut affectus nequeant ultra contra nos rebellare. Quidquid ille petit, id est, ut contra omnes illos pugnemus, qui cum aliquo eorum pacem faciamus: *Uspue ad mortem certa pro justitia.* Hoc non debet nos perterrefacere, quia ratio facile dimicandi, est iugiter dimicare. Affectus enim colligunt vires, statim ac illos spiritum, ut ita dicam, ducere permitimus, cum infirmetur iugi bello quod illis inferitur. Ceterum spiritualia certamina ab aliis omnibus sunt longe diversa, in his quo magis exercemur, infirmamur, & atermur; sed quo magis exercemur in illis, majorem vim, ac virtutem acquirimus; quia omnis vis nostra in gratia est, & gratia augetur pro magnitudine constantia, quam in præliis habemus. Igitur timeamus bellum, ubi vires meas augeti sentio, & in quo certum sum me fulgidissimam coronam esse adepturum. *Idem ibidem.*

Quam gloriosum est imperium, quod acquiritur in affectus postquam illis bellum indiditum fuit.

Patientia, cujus elogium a Spiritu Sancto profertur, non aliud est quam hominis in seipsum, suæque cupiditates imperium. Hoc autem imperium non acquiritur, nisi postquam plurimos eorum incursum, impensiveque possumus. Sed qui ita felix est, ut tandem victor de acie decedat, hic invidere non debet magnificis titulis, quibus celebrerim terrarum domitores appellatur. Si minus nominis sui gloria univerfum terrarum orbem replet, saltem victoria illius nemini lacrymas extorquet. Palmæ, quas demerit, imbutæ non sunt gemmæ sanguine, neque funestam referunt famam eo quod late Provincias vastaverit. Talis fuit victoria, quam retulit David, cum Sauli vitam concessit eodem tempore, quo Rex hic vitam illi conabat eripere; victoria Davidi longe gloriosior fuit, quam mors Goliath, Syria victa, deleictæ inimici populi Dei. Hoc ipsum data paritate dici potest de illis, qui animabus lu-

crandis, ac Evangelico ministerio intenti sunt, & ac de illis, qui unice vacant sibi ipsi vincendis. Gloriosum est facere, ut populus integer Salvatoris jugum suscipiat, eumque videre ad pedes nostros provolutum corde dolore sancio, oculisque lacrymarum imbre manantibus. Sed si qui hæc operatur miracula, nondum affectuum suorum dominus est; si vanitas, si avaritia, si invidia illi dominantur; simplex artifex, mulier sine litteris, ac studiis, quæ tamen scit cordis sui affectus subigere, multo majori in pretio est habenda. Cum alienum dumtaxat vitium impugnat, non semper adeo difficilis est victoria; quia omnes adhibere possunt vires, atque potest uniusquisque se se totum prælio committere; sed cum domesticus est inimicus, & manus, ut ita dicam, cum se ipso quique conferere debet, repente didimūm victoriæ amissum est. Cor nostrum semivivum nosmet seducere querit, & ubi primum simulate pacis incipit sermo, prælio sumus, ut arma abiciamus. Quis dubitare potest utrum victoria hujusmodi in occasionebus relata infinitam gloriam promereatur? Caveamus tamen ne contemnamus illos, quos status suus se se obicere cogit periculo pro fratrum suorum salute: ne illos contemnamus, inquam, si quod illis excidit infirmitatis indicium. Leves hæc noxæ illis idem ferme sunt, quod magnis ducibus pulvis; postquam absterferint sudores suos, & leves has deleverint maculas, florum corona se amictos intuebuntur. Sed ut ad rem nostram redeamus, beatus ille, qui patientia constantiam adnectere novit, & qui simul potest icum inferre, & propulzare! Si utrumque hoc simul facere vobis non licet, ne momento quidem hærete; vosmet tantum defendite. *P. Segneri in suis Meditationibus.*

Affectus Prædominans.

Affectus, qui dominatur, efficere potest, ut alii omnes rebellet. Indignatio, invidia, cupiditas auri, odium vetus, irritata superbia, potissimum vero affectus impudica, quas horribiles vastitates (bone Deus!) hæc omnia non parant. Suppetit nobis maxum, & apertissimum veritatis hujus argumentum in Herode. Ex quo impurus Herodias animus cor ejus pervasit, quot inde effectus ab ipsa impudicitia profusus alieni extiterunt! Impietas, irreligio, impietas! Herodias est uxor legitima Philippi fratris Herodis ipsius; ex illo filios peperit: cupiditas hæc usque non procedit, neque rem adeo diligenter inspicit. Herodias legitimum conjugem suam dimittit, licet potentis Regis filiam, qui valida manu injuria illi illatam ulciscitur. Herodes cum regni totius scandalo fratris sui conjugem ducit, sibi in uxorem. Cæcitas non potestrem est cupiditatum effectus. Joannes vii ille adeo justus, & sanctus ac veluti talis ab ipso Herode recognitus, contra publicum hoc scandalum zelo Religionis invehitur. Herodes, quamvis antea Joannem veneretur, & coleret eouique, ut multa juxta illius consilium operaretur, jubet illi caput abscindi, & hoc pacto illum nequissime libidini sacrificat. Ecce quid cupiditas potest, & facit. Temporibus omnium exempla nobis plurima suggerunt argumenta, quibus affectuum nostrorum violentia, tyrannicæque probetur; & nihilominus cum feris hujusmodi pacem sanctimus, easque cures efficere volumus. Nutrimus illas, palpamus, & eam, quam gignunt, vastitatem miramur. *P. Croiset in Asceticis Exercitationibus.*

Fanestis effectus cupiditatis prædominantis.

Nemo est, cui sua desit infirmitas. Primus hominum parens non caruit sua, quæ quanto illi, nobisque steterit pretio non ignoramus. Post illius lapsum, fatalis in peccatum proclivitas nobis remanuit; miseri, si illi cedimus; beati si inde triumphum reportamus. Si dicitis, nullam vobis inesse infirmitatem, superbi estis; si illam ignoratis, cæci. Satis est rationis esse competentem, ut illam detegamus, sincerum ut illam confiteamur, Christianum, ut illam ploremus, omnemque curam adhibeamus, ut illi adversemur. In hoc violenta est in ludum propensio, in illo in detractionem, atque irrisionem. Modo latens est affectus, modo palam erumpens. Hic ingenium acre, & amarum, quod omnia censoria nota perstringit, omnia satyrico spargit aceto, omnia mordet: illic secreta simulas in eos, a quibus se affectum injuria quis putat. Alius ceteros superare vult ingenio, luxu, nobilitate, falsi honoris jactantia, &

Singuli suam habent prædominantem affectum.

BIBLIOTECA CENTRAL U. A. N. L.

Itacunda magnitudine, ob factum, quod fortasse ne ex deliberata quidem voluntate accidit. Sed quid necesse est ire per singula? Invidia excipiat, devorat ambitio, vanitas occacat. Avaritia tyrannus est; voluptas furor; pigritia enervat; ira moderatorem, & rationem aufert. Sed nullum invenire exitum si singillatim persequar univerfa. *Abbas Boileau in delectis sententiis.*

Unicus, qui nobis domiatur affectus nos aeternis perdere potest.

Hac una mihi infirmitas est, ais. Quot igitur requiruntur, ut quis damnetur? Duo dominantes affectus possunt ne simul confocari? Hoc idem est ac si diceret: Venenum mihi haeret in corde tantum; ceterum valeo. Hoc unum si excipias, in munere meo obeundo sedulus sum; verum scias hanc esse reservatam illam affectionem, quam Deus sibi postulat sacrificari. Quod tibi antiquus est, illud est, quod abs te petit Deus. Fidelem in omnibus esse, uno tantum articulo dempto, hoc est haereticum esse. Principi obtemperare, una re tantum excepta, hoc est esse rebellem. Convertum esse, una tantum excepta infirmitate, hoc est in ipsa impoenitentia versari. Numquid extremo Judicii die audiet te Dominus dicentem; Si hoc peccatum excipias, in omnibus tibi fidelis fui. Respondit ille, nisi in hoc peccasset, saltem consecutus fuisset. Hoc unum vetat, ne me tibi in aeternum concedam: hoc unum, inquit ille, me cogit, ut a te absum in aeternum. *Ibidem.*

Affectus vulgo fortiter ei inhaerent cordi, ubi nihil, quod sibi adversetur inveniant. Tunc illi palam in nos rebellant, nec ultra pares sumus illis propulsandas. Tunc illi nobis scelera imperant, neque imperium audent detestare. Tunc nos in omne flagitium immergunt, desuntque nobis vires, ut resurgamus. Ita negligentia, qua leviter evitamus crimina, semper primum opus est nostrum cupiditatum. Injuria in illis coerendis in singulos dies recentes illis adjicit vires, nosque tandem illorum tyrannidi subicit. Nos autem admirari nequaquam debemus magnam facilitatem, qua vincunt animas nostras, dum negliguntur; haec enim eadem negligentia, qua initio nobismet cavemus, illis in futurum tempus integram victoriam pollicetur, cuius quoddam veluti praedium est. Christianae Religionis principia sufficiens nobis esset subsidium ad cohibendos harum cupiditatum progressus; & haec vivendi ratio negligentia plena palatium beata illa delat principia, in quibus praecipue primum robor nostrum consistit. Statim ac negligentia ista illud auxilium proclive, quo ultra in malum ferimur, quatit maxime necessaria virtutis fundamenta. *Sermo Quintus Academiae Anni 1701.*

Diverfi affectus qui hominibus dominantur, & qualis quae gignat.

Infirmitas tua, ais, est ambitio. Si contentus non es eo statu, in quo Deus te esse vult, nequaquam contentus eris illo, quem ipse vis, & fortuna nunquam repleat te poterit, si Providentia tibi cancellos circumscribere non potest. Infirmitas tua avaritia est; ut qui ea tenes subsellia, ubi jus dicendum tibi est, si recipis munera quia jure judicasti, quam primum munera recipies ne judices iuste. Infirmitas tua est aures murmurantium praebere. Si absque necessitate audis ea quae vere contra proximum dicuntur, & falsa brevi audies, iisque adhibebis fidem. Non distides de industriis detractoribus, qui tuo abusi zelo, ut suis faveant affectibus, ultioni suae arma ministrant, tuasque virtutes mutantur, ut vitis suis satisfaciant. Infirmitas tua morum festivitas est. Conversationes liberae, & lepidae; sermones teneri, & parathici sunt omnia interitus tui, & symptomata pudicitiae, quae nisi magnae adhibeantur praecautioes, quam primum interibit. Vos qui sciti estis in ornatibus concinnandis, mortali arte placendi; infirmitas vestra est velle nitescere, & oculos omnium in vos convertere, quamvis puritatem vestram satam testamque tueri velitis; sed vosmet comere, & exornare cupitis iis ornamentis, quae alienam tentant pudicitiam; creditisne hoc citra scelus fieri posse, vel posse fieri quin in vos detrahentium ora exacuatis? *Abbas Boileau in delectis sententiis.*

Propositus affectus nostris coerendi satis non est, ut illi ferantur; hincne illi resistendum est.

Fortasse consilium cepimus vim cupiditatum nostrarum coerendi; sed simplex consilium potest nobis praebere certitudinem, nos illas superaturos? Habitus in quo sumus, illis obtemperandi, est ne dispositio ad frana illis injicienda? Cur igitur illas roboramus per eam negligentiam, qua illis resistimus; & nihilominus illas a nobis debellatum in consiliis? Continenter cedimus, quidquid

quantumvis parum, audeant in nos, & speramus validas earum incurfiones a nobis esse facile propulsandas? Quae temeritas, quod ipsi augeamus ejus inimici potentiam, quem nobismet superandum proponimus! Quenam illis nostris confidere viribus eodem tempore, quo funestam nostrae infirmitatis periculum facimus! *Sermo Quintus Academiae Anni 1701.*

Aliquidne durius est affectuum tyrannide, ubi semel illis laxata sint frana? Quae miseria gravior, ac turpior, quam avari, vel nepotis alicujus, qui infans sumptibus bona sua obligavit? Quae perlocutio illi similis, qua semet laceffit ambitiosus, invidus, cor odio repletum, ac ardore se se ulciscendi inflammatum? Quanam lacryme amariora indignatione, tadio, aegritudine voluptuosi? Semper voluptatum perasus, & sitiens; eas quærunt cum possidet; minus earum, quas habet, quam quas non habet, vel non habet amplius, afficitur sensu; semper reparare quærunt praesentia fastidia, desideria sua ad novas delicias extendens, vel earum, quae praeterierunt, animo preterens recordationem. Tunc putat se vere beatum esse, quia in praesentiarum se vere miserum sentit, atque tunc se miserum putabat, quia se non satis felicem sentiebat. Hinc illa fastidia, inaequalitates, morositates, oblivio, & horror earum rerum, quae praeteritis amarata fuerunt. Hinc illi aculeati moribus, non semper quidem conscientiae, plerumque vero honoris, ac avaritiae, cum homines ad incitias se redactos vident fortunatum suarum interitum ad expandendum in otio coactum, viridium annorum otium coactum. *P. de la Rue in Adventu.*

Tyrannus affectuum quibus satisfacere cupimus.

Non tanti stat suam superare imbecillitatem, quanti se se eidem mancipare; non tanti stat nam non confedere in mari frequentibus procellis repleto, quanti stat ex naufragio evadere. Non tanti stat animi sui aegritudines praeviterere, quanti sua crimina reparare. Ad avaritiam vincendam opus est cancellos circumscribere misere cupiditati habendi; opus est contentos esse bonis, quae habentur; ut vero illis quae se mancipat, opus est, novas divitias acquirat, ut his nunquam persuasur. Ut libidini fiat satis, quot impedimenta! quot inutiles, ac molestae considerationes, quot angores sustinendi! Ad illam vincendam, sufficit aliquando proficere indignatione aliqua personae illius, quae amatur; unum sufficit tadium; una sufficit absentia; cadaveris unius horror, vivida inferni recordatio. Ut satisfieret ultioni, olim satis erat ut staret periculo vitae amittenda, vel furore illius auferenda. Ut cum gloria vincatur, illam contemnere satis est; atque ut cum fructu impugnetur, satis est sacrificare illam Salvatori. Quod ad ambitionem spectat, aliquisne vitis fuit sua fortuna contentus? At nonne inventi sunt, qui seipos felices putaverint, eo quod illam abdicaverunt? Misera infirmitas! fatalis hominis propensio! Nulla requies vera est, nisi ubi ab illius tyrannide liberamur. *Abbas Boileau in delectis sententiis.*

Facilius est suis resistere affectibus, quam illis satisfacere.

Affectibus bellum indicendum est; hoc primum esse debet Christiani hominis officium; sed non omnes simul impugnandi sunt. Hostium vires dividendae sunt, ut facilius de illis victoria referatur. Incipiendum autem ab illo, qui ceteris praepollet, tunc enim reliquos vincere nullius momenti est. Dominans ista cupiditas illi vim, motumque tribuit, & eorum omne robor constituit. Sed si magnopere resistit illam impugnare, necesse est illam cognoscere, quod difficile est; etenim vel adhuc imbecillus est, vel fortis. Si primum, non efficit, ut sentiat, atque hoc pacto in turba illam dignoscere arduum est; sin alterum; efficit, ut sentiatur nimis, & hoc ipso non excacat, & prohibet ne ipsam cognoscamus, vel saltem ea cognoscamus crimina, in quae nos impellit. Verum si multae opere, ac laboris est dominantem affectum fecerere, hoc nequaquam inter ea numerandum est, quae fieri nequaquam possunt. Ut autem agnoscas illum, recede paulisper a mundi impedimentis; externarum quippe tumultus curarum prohibet, naturibus nostris accedit strepitus, quem affectus edunt intrinsecus. Ceterum in solitudine longe melius affectuum motus percipitur; ideoque facilius est illos agnoscere. Mox cor tuum scrutare ut queras quanam sit cupiditas ingenio tuo magis conformis, in cuius pugna majorem experiris animi repugnantiam, quae facilius tuo perturbat affectus, quae saepius tuis cogitationibus, consiliisque permiscetur; quae acriores intus efficit impressiones,

Magna est evadendi perfectum est domi natem electum cognoscere cumque oppugnetur.

siones, quae extrinsecus parit noxas & frequentiores, & graviores, quae te majoribus obicit periculis, & quae in te habere potest trifloros effectus. Ne dubies quominus vere sit dominans affectus ille, in quo haec omnia signa reperies. Hic tibi potissimum oppugnandas est, ab hac enim victoria salus tua pendet. *Pater Nepveu in Christianis animadversionibus.*

Tamultus affectuum, sapientissimus quisque haeret, & quid sibi consilii

capendum ignorat. Conscientia, honor, utilitas, affectus simul omnes commoti mentem agitant, & cogunt, sibi plerumque invicem oppositi. Vult quin velit, id capit consilii, quod displicet, id exequitur, quod ex dimidio tantum deliberatum est, & quod tandem se fecisse nollit. Illud arripitur consilium, quod novissimum se obtulit, quia recentior est impressio, & quia ubique non nisi impedimenta, scopuli, slytes occurrunt. *Auctor recensens.*

A M B I T I O .

M O N I T U M .

Hoc ambitioni argumentum cum titulo de superbia vel inani gloria conjunxissem, quippe hoc vitium est aequae humilitati Christianae oppositum; verum cum animadverteterem, praeterquam quod nimis late pateret, ac vagaretur ea concio, quae haec omnia simul complecteretur, ambitionem, etiamsi in propria significatione usurpetur, satis assuetum se jungerem, licet re adhuc integrum mihi proposuissem, titulos vel argumenta minus quam fieri posset multiplicare. Non potui tamen facere quin aliquando ambitionem cum superbia, & honorum, dignitatumque, circa quae versatur ambitio, mobilitate confunderem: haec enim argumenta mutui, ut ita dicam, vinculi ita arte sibi coherent, ut vix possint seungi valeant. Ambitionis autem vitium insulari possumus, vel ostendendum inavitate cum mobilitate ejus boni, quod tantopere deperimus, vel ab oculis subducendo affectus istius, qui nuncupatur Ambitio, errores, causas, effectus, injustas vias, quibus ad propositum sibi finem pervenire contendit; verbo, ea omnia, quae eandem criminofam efficiunt, & nos ad illam fugientem impellunt.

P A R A G R A P H U S P R I M U S .

Multiplex sermonum de Ambitione structura.

Nemo in hac etiam vita magis calamitosus haberi potest viro ambitioso, idque tribus de causis, quae concianis partitionem possunt efficere.

Primo propter labores, servitutem, & voluntariam captivitatem, cui se subicit ut votorum futurum summam assequatur; hoc est, ut ad eos dignitatum gradus, quo contendit, perveniat. Quis enim ignorat, quam turpi, humilique ratione sese demittant homines Principum virorum gratiam aucupantur? Quomodo illis affiduum servitutum exhibent? quomodo seipos torquent, ut aliorum ingenio, atque libidini accommodentur? Hac Sanctus Bernardus considerans in ea erupit verba: *Ob ambitio ambitum eruat!* Hoc argumentum locum praebet ambitiosi hominis imaginem, atque characterem per hypotiposim describendi, & ostendendi, quo pacto sese demittat, ac reparat, ut mox extollatur; quomodo diurnam serviat servitutum, antequam dominetur; quo sane in loco latissimum dicendi campus aperitur. Quo metu, qua sollicitudine ipse torquetur incertum consiliorum suorum eventum praestolatus? quo merore conficitur, qui nequicquam se conari intelligit, atque semet de spe sua dejectum intuetur?

Altera est ratio, quod ambitiosi sese, & Deo, & hominibus invisos efficiunt. Hoc ipsa etiam protulit Veritas de superbia verba faciens, quae ab ambitione divelli non potest; quippe ambitiosis concantibus juxta Spiritus Sancti oraculum Deus resistit. Immo videtur hic oblationem percipere illorum infans consilii sese obiciens, eorumque cogitationes evertens; arrogantia enim, superbia, & audacia, ambitioni semper adherent. Exempla ex Bibliis deprompta luce clarior hanc veritatem ostendunt. Neque minus sibi apud mortales odium constant, qui naturali quadam, occultaque superbia pati minime queunt se ab aliis superari; unde fit, ut clanculum eorum consilii adversentur, nisi palam audeant resistere, & secreta cordis latitia perfundantur, sicuti ambitiosorum hominum consilia subverti cognoscunt.

Tertio denique propter pericula, quibus semper patent seu a competitoribus, alisque honorum candidatis, seu ab ipsa expectatarum dignitatum natura: cum enim haec omnia fluxa sint, & fragilia, sexcenta oriri possunt quae vitae ipsorum tranquillitatem perturbent.

II. Cum honor bonum sit extra nos positum, & omnino ex aliena opinione dependeat; ubi per am-

bitionem appetatur, plerumque tria illa usu veniunt, quae Sanctus Bernardus his verbis complexus est, quae iuste concionis, & argumentum, & partitionem possunt tribuere: *Indebite venit, praeproperè affectatur, periculose captatur.*

1. *Indebite venit;* ostendendum est gradum honoremque expectatum non ferendum promeritum. Ambitio hoc ipsum liquido probat; nam merito, quo deducimus, & quod ad id unice quaeritur, supplet conamur officii, ambitu, alique rationibus, quae satis ostendunt, nos eo quo contendimus, iusta, ac legitima via pervenire non posse; vel saltem non adesse nobis quantum satis est modestiae, moderationis, & humilitatis, ut honores ultra ab aliis deseri expectemus.

2. *Præproperè affectatur;* nimis festinamus, altius quam par est ambitionem provehimus, atque pondus humeris nostris non ferendum affumimus. Hinc est, quod magis appareat meritum nostrorum exilitas, quam si in priori conditione subsistere maluissemus; honoris enim amplitudo, & fulgor dignitatis, quam per ambitionem assequimur, in majorem lucem adducit ingenii, atque virtutis nostrae tenuitatem; ita ut mortalium contemptui nosmet obijciamus, dum eorum existimationem appetimus.

3. *Periculose captatur;* non sine periculo, & quin plura subeamus discrimina, honorum dignitatumque quas tantopere concupivimus, possessionem assequimur: plerumque enim ea abutimur auctoritate, quam hac ratione sumus adepti, ac periculum urget, ne illius iacturam cum robore & confusione subeamus. Quod vero magis metuendum est, licet plerumque expendatur minus, illud est, quod in aperto salutis nostrae periculo versamur.

Ambitio omnia salutis nostrae subvertit principia. Ad hanc tria requiruntur; innocentia, obedientia omnibus religionis legibus, rectus gratiarum, quibus a Deo cumulatur, usus. Hic totus est Christianae religionis spiritus, quem ambitio omnino subvertit.

1. Sanctitatem atque innocentiam per ea, quae suadet, scelera delet.

2. Evertit pietatem, ac religionem, inspirat enim inobedientiam. Immo tollit etiam eam, quae debetur Deo, observantiam, nos contra eundem atollens.

3. Divinis abutitur gratis, quae efficiunt, ut omnem mundi gloriam contempnamus. *Depromptum ex libro, qui inscribitur: Essais des Sermons, pro*

BIBLIOTECA CENTRAL J. A. N. L.